τί ἂν κεχαρισμένον ἢ σῖτον ἢ ποτὸν εὕροις, ἢ τί ἂν ἰδὼν ἢ τί ἀκούσας τερφθείης, ἢ τίνων ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης, τίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ' ἂν εὐφρανθείης, καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις, καὶ πῶς ἂν ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις.
25 Ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ὑποψία σπάνεως ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα, οὐ φόβος, μή σε ἀγάγω ἐπὶ τὸ, πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ, ταῦτα

quod Beſſario, vertens: *Sed potius conſiderabis*, haud dubie idem in codd. reperit. Eſt autem δὴ exquiſitiſſimum, et argumentatur ex antecedente membro. Verti poteſt *potius*, ſ. *iam*, ſ. *adeo*, *nempe quia nec bellorum nec negotiorum cura diſtentus eris.* In Pariſ. 1 eſt δεήσεις εὑρεῖν.

σῖτον] In locum ſcripturae Steph. σιτίον reuocaui genuinam edd. vett. et Pariſ. Nam Xenophon ſolet σῖτον καὶ ποτὸν coniungere. vid. Cyrop. IV, 2, 34. 37. 38. 41: VII, 5, 78. 81. etc.

εὕροις] MS. 2 habet εὕρῃς. male. nam et in ſeqq. ſunt optatiui. *Ern.*

ἢ τί ἀκούσας] Abſunt haec ab eodem MS., ab edd. vett., nec vertit Beſſario. Sed adſunt in ed. Pariſ. et Steph. Cum caeteri ſenſus omnes, *inquit Erneſtus*, commemorentur, non videtur auditus praetermiſſus eſſe.

παιδικοῖς] Erneſtus V. Cel. non modo de *pueris amaſiis*, ſed et de *feminis* παιδικὰ h. l. capit, quia et de his dicitur. Παιδικά· ἐπὶ θηλυκῶν καὶ ἀῤῥένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις, vid. Suid., qui plura etiam de feminis exempla notauit. Non quidem repugnem Viro Cel., quamquam potius de illis quam de his h. l. intelligendum eſſe, verba ſuadent §. 30 τὰ ἀφροδίσια — γυναιξί τοῖς ἀνδράσι χρωμένη, quibus ſceleſtus in pueros amor τῇ Κακίᾳ ſatis exprobratur. De puerorum autem amore loquitur h. l. Κακία ad *Herculem*, tanquam ad *Thebanum*, quibus hoc familiare, et quorum ἱερὰ λόχος, tota illa ex *amatoribus* et *amaſiis* conſtans celebratur apud Scriptores. De Eleorum et Boeotiorum ſcelerato et plane deteſtabili in pueros amore vid. Xenoph. Rep. Lac. II, 13 et Symp. VIII, 34: adde interpp. ad Plut. de puer. educ. c. XIV extr. Eodem loco Plut. §. 33 ὁμιλία, vt hic ὁμιλῶν, dicitur *ſenſu turpiori*, quod fit *Euphemiſmo Attico*, quo ſolent rem turpem honeſto vocabulo appellare. *Hindeb.*

§. 25. σπάνεως] Edd. vett. σπανίως, vitioſe: Caſtal. σπανίας, quod ferri poteſt: nam Heſychius, Σπανίαν, τὴν σπανιότητα, ὡς ὁσίαν, τὴν ὁσιότητα, Sed σπάνεως formae Atticae eſt in Pariſ. et Steph. Hanc vocem, ſi abeſſet, non deſiderari cenſet Valkenarius, ſed idem ſtatuit de ſequentibus ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα I. M. Heinſius, qui nuper Germanice interpretatus eſt hos Commentarios. Poſterior ſententia multo minus mihi probatur quam prior. quamquam nil interpolatum eſſe cenſeo. Senſus eſt: *Sed ſi quando metus quis inciderit ne deficiant ea vnde ſumtus iſti fieri poſſint.*

οὐ φόβος μή σε ἀγάγω] MSti 2 ἀφόβως μὲν ἀπάγω, aeque eſt vitioſum atque Iuntinae οὐ pro οὐ.

ἐπὶ τὸ] Edd. vett. ἐπὶ τόν. Sed τὸ recte eſt in edd. Caſtal., Pariſ. et Steph.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id375455116/116 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft